

Dank als Struktur des Lebens - Paulinus von Pella und sein Eucharistikos

T1 ... ut, qui me scilicet totam uitam meam deo debere meminissem, totius quoque uitae
meae actus ipsius deuotos obsequiis exhiberem eiusdemque gratia concessa mihi tempora
recensendo eucharisticon ipsi opusculum sub ephemericis meae relatione contexerem ...
(praef. 2)

T2 sit mihi fas igitur uersu tua dona canentem
pangere et expressas uerbis quoque pendere grates,
quas equidem et clausas scimus tibi corde patere,
ultra sed abrumpens tacitae penetralia mentis
fontem exundantis uoti uox conscientia prodit. (17-21)

T3 ecce nouas, deus omnipotens, tibi debo grates,
exuperent quae paene alias cumulentque priores,
quas contestatas tota haec mea pagina praesens
continet, et quamquam spatii prolixior amplis
euagata diu claudi se iam prope poscat,
nostra tamen iugis deuotio ponere finem
nescit ad explenda tibi debita munia, Christe,
hoc unum ipse bonum statuens, hoc esse tenendum
concius, hoc toto cupiens adquirere corde,
omnibus usque locis et tempore iugiter omni
te praefando loqui, te <et> meminisse silendo. (583-593)

T4 culpato renouando mihi uitalia dona
hoc nunc maiores pro me tibi debo grates,
maiorum quanto errorum cognosco reatum.
...
te indulgente mihi totum scio posse remitti ... (103-105.108)

T5 quae meminisse licet pigeat transactaque dudum
obliuione sua malim sopita silere,
inuitant aduersa tamen per nostra tuorum
cognita donorum solacia, Christe, bonorum
emensis indepta malis tua munera fando
prodere et in lucem proferre recondita corde. (258-263)

T6 me grauiore tamen releuato suspicione
munere diuino, iuges cui debo grates,
filia ut ante mea per me sociata marito
excedens patria communi clade careret. (324-327)

- T7 suetus quippe nouis tibi me obstringere donis,
pro quis me scirem grates debere perennes. (341f.)
- T8 adcrescunt quae cuncta mihi simul ad referandas,
Christe, tibi grates, quas inpos soluere uerbis
parte rependo aliqua semper debere professus. (403-405)
- T9 cuncta ... sero probans a te magis esse petenda,
quae cupimus, deus alme, subest cui summa potestas (518f.)
pro qua sorte quidem uitiae scio me tibi grates
inmodicas debere, deus ... (554f.)
- T10 quo me donatum praestanti munere gaudens
ecce nouas, deus omnipotens, tibi debeo grates,
exuperent quae paene alias cumulentque priores,
quas contestatus tota haec mea pagina praesens
continet, et quamquam spatiis prolixior amplis
euagata diu claudi se iam prope poscat,
nostra tamen iugis deuotio ponere finem
nescit ad explenda tibi debita munia, Christe, ... (582-589)